

liatur aliquis & deprimitur; alter erigitur & sublimatur; cū tamē depressus sit longe doctior genere nobilior; & uirtute; immo ex tollitur insciens fatius dominatur astuto & solerti. Astro.
Hec sunt naturæ miranda; quæ in curiis principum & regum & maxime pontificum romanæ ecclesiæ quotidianè uidetur; unum enim principium est in cælo quod maioritas dicitur; per quam superiores substantiae corporeæ & inferiores maiores sunt q̄ accidentia & nobiliores; ut dictum est supra; & etiam quædam substantiae maiores q̄ aliquæ aliæ; sicut sol maior ē q̄ luna q̄ mercurius & elephas maior ē q̄ equus; & sic de aliis; quæ eueniunt per superiorum maioritatem; per quam potest esse & de facto est in a major bonitas magnitudo potestas & uirtus per calorem; q̄ per similitudinem; & in b per humiditatem q̄ per calorem; quia una est propria & alia appropriata; & sic de c.d.e.f.g. & ideo dico in inferioribus causant maioritates substantiarum; & accidentium p̄ majoritates superiores quæ essentialiter non insequuntur nobilitatem generis uel scientiam astutiam soleritatem uel fatuitatem; licet aliquando eadem constellatio celi maioritatem & scientiam afficit in eodem; ut in Sisto pontifice; ut plurimum tamen ubi minimus intellectus; ibi plurima fortuna; & econtra ubi plurimus intellectus ibi minima fortuna; quia raro in ambobus quid bene fortunatur; & ita debet intelligi aristoteles ibi aries.n. maior est per martem q̄ per saturnum; & per solem q̄ per uenerem; & sic de aliis secundum enim conditiones signorum & planetarum maiores; & præstantiores; ut scribitur in nativitatibus libris in quibus plures superiores maioritates concurrunt habent homines digniores nativitates; & per consequens maiores appetitus ad maiorem bonitatem; & magnitudinem q̄ ad minorem; & ad maiorem prosperitatem q̄ ad minorem; & aliquando nos uideamus alios quos econtra natos; qui maiorem habent naturalem appetitum ad minorem statim; & conditionem; q̄ ad maiorem; id est ad humilitatem q̄ ad superbiam; ideo relinquunt pecunias naturaliter & parvipendunt cas; & aliqui pro tempore sic sunt dispositi; & postea per maioritatem superiorum mouentur ad contrarium appetitum; & sic religiosi in conuentibus suis aliis præferuntur; & se multo nobilioribus; aliqui in tali prælatura longo tempore durant cum contrarietate multa; aliū concordantia; sed paruo tempore.